



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 62. Regnum Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV.
A. C. 1329.

§. LXI.

Papæ litteræ: Quia vir reprobus.

Præter litteras mense Aprili contra Michaëlem Cæsenatem editas evulgavit fusissimas, seu potius librum, ut suas tres sanctiones *Ad conditorem, Cum inter nonnullos, & Quia quorundam* tueretur adversus ea, quæ Michaël objecerat sive in aliis scriptis, sive in sententia contra Papam 18 Apr. 1328 promulgata. His postremis in litteris inchoatis per voces:

Rayn. 1329.
n. 22.

Quia vir reprobus, ad singula, quæ Michaël contra tres sanctiones dixerat, Papa respondet ita, ut uberrime colligat argumenta jam toties pertractata de paupertate Christi, & Apostolorum, ac de perfectione regulæ S. Francisci. Sed ibidem facit quasdam propositiones, quas postea Michaël redarguit, & quæ huic dederunt anam accusandi illum de hæresi.

§. LXII.

Regnum Christi.

Prima earum & ponderosissima est, quod Christus ut homo dominium quorundam bonorum, ac generatim omnium rerum profanarum habuerit tanquam verus Rex ac Dominus orbis universi. Id Papa vult probare per vaticinationes, quæ afferunt

n. 95.

asserunt Messiam fore Regem; Deum daturum illi esse imperium in cunctas terræ nationes; ac regnum ejus nunquam finitum iri. Insistit legis novæ locis, ubi Christus appellatur Rex ac Dominus. Affert ipsius Christi ad Pilatum verba: *Regnum meum non est de hoc mundo*; & ita explicat: Potestatem meam non habeo a mundo, sed a Deo. Subtilitas, quæ SS. Chrysofomo, & Augustino, vel cuiquam Patrum in mentem non venerat: Domini Nostri verba in ipsorum naturali sensu intelligebant credebantque illum voluisse simpliciter dicere: Regnum meum non respicit res terrenas profanasque; est nobilioris, sublimiorisque generis; attinet ad everisionem peccati, ad constitutionem justitiæ, ad regimen animarum, ut ducantur ad felicitatem perpetuam.

Michael Cæsenas hanc Papæ propositionem impugnabat ut oppositam suo systemati de paupertate perfecta: & hæresim vocabat dicere, Christum tenuisse dominium rerum profanarum, interea dum suaderet suis discipulis, ut eas abdicarent. Verum Papæ sectatores hac ipsa ex propositione ducebant confectaria inaudita, ut curiæ Romanæ sensa fulcirent. Alvarus Pelagius Hispanus ex Ordine Minorum Doctor celeberrimus, tum Papæ Pœnitentiarius, postea Silvensis in

Sæcul. XIV.
A. G. 1329.

Jo. 18. v. 36.

Chryf. hom. 83. Aug. trakt. 115. n. 2.

Contra error. P. c. 1. to. 2.

Mon. Gold. p. 1347.

pro com.

Histor. Eccles. Tom. XXIII. Z Lusi-

Sæcul. XIV. Lusitania Episcopus hoc eodem anno
A. C. 1329. Avenione scripsit suum opus de querelis

Lib. I. c. 13. Ecclesiæ, ubi ait: Ut Christus est solus
Pontifex, Rex, ac Dominus totius orbis:
sic in terra unum solum habet Vicarium
universalem in rebus omnibus. Ac dein-
de: Christus Petrum instituens suum Vi-
carium non divisit potestatem, quam ha-
bebat, sed plenam illi dedit, ut eam ha-
bebat ipse. Et rursus: Papa non est Vi-
carius meri hominis, sed Dei: atqui *Do-
mini est terra & plenitudo ejus*: igitur &
Papa illam totam possidet. Atque ite-
rum: Imperatores ethnici nunquam ju-
ste tenuerunt Imperium: nam qui Deo se
adeo non submittit, ut ei per cultum fal-
si Numinis aut per hæresim adversetur,
nihil potest juste sub illo possidere. Nul-
lus Imperator jus gladii legitime exer-
cuit, nisi hoc acceperit ab Ecclesia Roma-
na; præsertim postquam Christus S. Pe-
tro utramque potestatem dedit. Quippe
ad eum dixit: *Dabo tibi claves regni cœ-
lorum*; non clavem, sed *claves*; alteram
ad res sacras, ad profanas alteram. Ec-
cæ consecraria, quæ tum temporis
conficiebantur de regno

Christi.

